

Wie die "Ägäis" zu ihrem Namen kam

Suche auf der Europa-Karte das Ägäische Meer! Dort findest du übrigens einige sehr bekannte Urlaubs-Inseln. Welche?

1. Rex Cretae, qui Minos nominabatur, iussit septem pueros septemque puellas Atheniensium Minotauro praeberi.
2. Minos non ignorabat Minotaurum ab Atheniensibus timeri.
3. Sed Theseus Atheniensis, filius Aegei regis, voluit patriam suam ab eo animali fero liberari.
4. Aegeus pater eum monuerat: "Nonne scis iam multos viros fortes a Minotauro correptos esse? Certe ab eo animali necaberis."
5. Sed Theseus respondit: "Necesse non est te sollicitari: Vides me velis¹⁾ atris navigare. Si a Minotauro necatus ero, comites mei velis atris in patriam navigabunt. Si Minotaurum superavero, vela atra a me mutabuntur et vela candida²⁾ in nave ponam.
6. Sic iam tum, cum navis mea accedet, exitum pugnae scies.
7. Si vela candida conspicias: Gaude! Nam scies Minotaurum a filio tuo superatum esse.
8. Si vela atra a te conspicientur: O te miserum! Scies me tibi raptum esse."
9. Et Theseus nave patriam reliquit et monstrum vicit.
10. Constat patriam a Theseo conservatam esse.
11. Sed non omnes sciunt Theseum postea patrem suum amisisse:
12. Aegeus in monte stabat et in litore magna spe reditum³⁾ Thesei exspectabat, cum vela atra conspexit. "O me infelicem!" inquit. "Cur a fortuna ita vexor? Filius amatus mihi raptus est!" Aegeus magno dolore captus est et se in mare praecipitavit⁴⁾.
13. Nam Theseus, qui laetitia captus erat, post victoriam suam vela atra non mutaverat.
14. Paene omnes sciunt nomen Aegei ei mari datum esse, ubi rex vitam amiserat. Id mare adhuc "Mare Aegaeum" nominatur.

1) velum : Segel

2) candidus a um: blendend weiß

3) reditus, us: Rückkehr

4) praecipitare: stürzen